

Per illam fragilitas solidatur.

crystallum, cum pulchritudo virginis candoris, rutillet ita vivax in vitro fragilitate. Crystallus aqua est, dum aqua, inconstans: ideo fluit, & inferiora petit. Si conereta, fiat tamquam saxum, sed pelliculum: & caro fragilis uti vitrum transmutatur in crystallum; quoniam ad virginis gloriam per celi gratiam, crystallus pulchra transformatur in petram. Hispan. La Saquesa se bueloe crystal de roca.

Apoc. 15. 2. 3.

Contemplerur triumphum. Vidi (inquit ecclasticus Ioannes) tamquam mare vitrum mistum igne, & eos qui vicerunt: stantes super mare vitrum, habentes citharas Dei, & cantantes canticum. Super mare vitrum candor virginis constituit thronum, & super aquam exhalantem ignem. Victoriam singularem! igitur illustrare & grande miraculum, quod non comburantur inter flammam, nec fatiscat ardore vitri fragilitas. Magnum utique: quippe frequenter cantant, ubi alij atque alij lamentabiliter plorant, illis est musica, quod alij eragredia: etenim ubi victi iacebant, sine latione qui vicerunt, stabant. Vidit stantes super mare vitrum: ubi ignis, quo aestuabat, plusquam fluctibus mare? Ibi erat, sed victoribus quasi non esset ibi: siquidem amore virginis, illis, alij ambustis, non erat ignis. Parum cavet pectus flammam, dum inter flammam accepterunt citharas.

Ubi alij ruina, ibi virginitas laeta.

In hinc victoria virginitatis.

Super mare vitrum. O forte pectus! o virtus! Vitrum facile rumpitur: & pes lubricus non labitur, dum levioe carnis pondere premitur? Stant? Miraculum est. Vitrum vel dum premitur, frangitur. Felix profecto pes, qui nectur, ubi nullus nictur. Felix utique: igitur adamantis fortitudo videtur in vitro, & vitrum fragilis conditionis lucet sicut adamantis. Latet argumentum Didasc. seq. Iure Ioanni in caelo exponitur huiusmodi visio: cum virginibus idem sit esse in mundo, ac si essent in caelo. Supra se sint homines, ut levitent super se pondere virginis. Removeatur adhuc in carne caro, ut Angelica sit portio. Succinit Nazianzenus in Carm. ad Virgin. Ne vite ipsa tua immittas ecbineida, carnem.

Gregor. Na.

Quae velut iniecta propterantem compepe puppim detinet, ac tantam cogit subsistere molem.



DIDASCALIA IV:

Ingens in carne virginis labor: ex victoria summus decor.

I Ta Ieremias Drexel. in Niceta lib. 2. profert de victoria D. P. Benedicte cap. 1. Conscitum vidimus Tautolog. 3. Didasc. 10. & triumphum: modo exponemus trophaum; ut conlet virtutis decor, qui fuit in hoc Hercule tertiusdecimus labor, Sapiens (ait Senec. Epist. 59.) ad omnem incursum munitus, & intentus, non si dolor impetum faciat, pedem referet: interitus & contra illa ibit, & inter illa. In periculo irumpit è tuto pectus validum, ut pravaleat periculum: verum minime periculum urgetur, ut valcat; quippe esto fortis virtute constituitur, non potest pretere à quibus premitur. Hocine facinus virtuti Benedicte servatum, ut ex consuetudine erigeretur trophaum: igitur in Veneris iacula irruit contra, & inter illa: quandoquidem in circuitu eius tempestas valida. Vulnera ingruerant Veneris, & Virtutis. Vulnerat amor, ut percat: odium, ne percat. Sagitte à Venere vibrantur amoris specie: à Benedicte, nomine odij, contorquentur spinæ. Fecit sui odium, ne periret, quod intendere amor ut perderet. Hic intulit voluptatem in dolorem: Benedicte dolorem in voluptatem. Inter vepres sese volutavit, & quia iacuit vulneribus, vulnera vitæ. Vicit fomitem Veneris veprium stimulis. Vicit peccatum, quia mutavit incendium: siquidem traxit in corporis faucij dolorem, in structam in corde à Venere voluptatem. Quam apte, etiam aliò, Claudianus de Consul. Manlij Theodor. v. 210. Ut altus Olympi Vertex, qui spatio ventos, biemesque, relinquit, Sic patiens animus, per tanta negotia liber Emergit, similisque sui, in istique tenorem Flectere non odium cogit, non gratia suadet.

2. Quid sunt plage iste? Non sunt plage, sed medicina plagarum: igitur per flagella expellitur Veneris plaga. Iure interrogatur Quid sunt? Siquidem ignoratur an sint, cum appareat medicamina, flagella inflicta. Sauciatur, ne faucietur: etenim videntur medicamina vulnera. Quid sunt plage iste? Id est, ad quida Faxò responder: His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. Non queritur ubi, & à quibus vul-

Drexel.

Virtus magna, pericula superare inter pericula. Senec.

Constitutus Benedicte inter vepres, & virtutem.

Claudian.

Zich. 13. 6.

Mortificatio carnis presens Veneris.

Ibidem.

Spicula Veneris hebetantur spiculis.

nus, sed ad quid plagatus? Aprè respondet. Sunt vulnera blanda Cupidinis, verum acerba doloris. Illa ab amore, ut virtus percat: hæc à virtute ut à vulneribus valeat. Odit qui diligit: diligit qui odit: & dum vulnera corpus spiculis fauciant; plagæ inflicte dicuntur ab his, qui plagatum diligebant: quippe periret odio, si mulceretur obsequio: & adhibetur pro medicamine plaga virtutis, ne periret in consuetudine iaculis Veneris.

Ovid.

3. Patent plagæ Benedicte ad his, qui diligebant. Ferrum Veneris pertransiit animam, sed non animum; quoniam dum corpus spinis faciavit. Lignum sine acumine venit, ferrumque volanti Abfulerat iaculo.

Idem.

Ira feri Cupidinis mora, sed frustra. Nec salmine lenius arsit, sed flammam flammam compefuit. Redigit in cineres, quæ ardebat sanguinis pabulis: & in vivaces Cupidinis scintillas; Emicat ex oculis, spirat quoque pectore flammam. Veneris fervet opus, igitur tentatum mollescit ebur; verum non recessit vel in tentatione candor. Adhuc instat in audacem. Ceterum Benedicte valuit: Telumque intorsit in hostem. Inde aliud super, atque aliud fixitque volatque Ingenti gyro. Sed sustinet aureus umbo. Nimirum victor cum cecidisset, erat. Torpuerat manus valida, & facies paltebat rubore suffusa. Ita victa, quæ semper victrix? Ita victrix caro languens. Uritur igne

Virgil.

Inde aliud super, atque aliud fixitque volatque Ingenti gyro. Sed sustinet aureus umbo.

Contentio Benedicte in signis.

Paulina.

Frigoris & gelido caeli de rore rigescit. Canit in propositum Paulinus Natal. 4. v. 201. & Prudentius in Psychomach. v. 970. Ferrent bella horrida, ferrent Osibus, atque inclusa fremit discordibus armis Non simplex natura hominis. Nam viscera limo

Prud.

Effugiata premunt animum. Contra ille sereno Editus afflatus nigrantis carcere cordis Astuat, & sordas arectat inter vincula recusat.

Et confusus Veneris.

O quoties animam, vitiorum peste repulsa, Sensimus, incaluisse Deo! lacebat fremens, vocans vivaciorem in pectus, frigidam flammam; implevitque facram querelis ululantibus Idam. Prævenit demum in triumphum iacula myrtea, sed Benedicte tamquam Angelus stabat inter myrreta, palam triumphans de Venere in semetipso; à se potius, quam à Cupidine

corpore faucio: equidem in signum, spinæ veprium convertuntur in rosas, & in perpetuum caro popivit flammam. Hoc est trophæum. Stella caeli dicuntur de humano genere. Sublimitas caeli in pulvere: Sane: quippe insigne videre homines inter Veneris flammam, sicut miramur in caelo splendescere stellas.

4. In honorem igitur transferunt triumphum, etiam instrumentum supplicij. Dum tum in quo corpus volutavit, & Venerem SS. Patriarcha, videns humanus Seraph Franciscus in rosetum benedictione vertit. Digne sancta rei contemplationis Franciscus (inquit Lucas Vvadingus tom. 1. Annal. Minor. anno. 1222. num. 5.) profunde immerfus, sanctitatemque insignem magni secum expendens Patriarcha, qui tam duro & diro sibi succurrit remedio, dumeta at trechans & exosculans; demum signo crucis afficiens, in rosarium pulcherrimum divinò vertit virtute. Quo factum est, ut detaceps ille locus in maiori haberetur reverentia, & rosetum utriusque Patriarcha religione sacratum, miræ virtutis rosas producat, quæ multam ubique infirmitatum medelam attulerunt. Eadem invenies apud Alapid. in Eccl. 2. 4. 18. Unde quidam utriusque devotus ingeniosè cecinit: Virgineum sepiet florem Benedicte acutis Vepribus, & proprii rore cruoris alit. Hinc dumeta novas, tanto succunda liquore Franciscusque manu culta tulere rosas. Falsa quidem roseo cecinare è germine Vates, Sed letuit falso carmine vera fides. Scire cupis rosei stros exeat unde pudoris? Sola rosas potuit gignere puncta Venus. Alludit fabulam de Rosa pedis Veneris sanguine tincta. Hinc Pier. Valerian. lib. 55. cap. 8. de Veneris: Affixit duris vestigia cæca rosetis: Albaque divino picta cruore rosa est. Secus in Divi Benedicte certamine. Veneris rosa albedinem commutavit in purpuram, quippe illius reticam concepit flammam. Effudit, pro Venere vincenda, Benedicte de toto corpore sanguinem; at tamen purpurâ liliū corporis minime amisit candorem. De vulnere nati hyacinthi. Fidem altruant Veneres falso carmine: igitur mirum, quod floreat albedine, qui nati sanguine. Urtica proxima saepe rosa est. Sed numquam vitium, urticæ proferre rosas. Plinius pro re mirabili refert lib. 24. cap. 13. Alterum genus rubi est, in quo rosa nascitur. Hoc genus rubi incoquitur, quousque Benedicte tinxit sanguine cuspidis veprium: igitur efficaciam cruoris, in

Gen. 22. 17.

S. Francisus ut pres Benedicte convertit in floris.

Vvad.

Rosa ex sanguine Veneris lesa.

Pier. Valer.

E sanguine Benedicte rose candore.

Ovid.

Plin.

Ap.

flores amoenos transformati sunt vepres.

Exod. 3.

Non leditur a Veneris igne, cui Deus habetur in corde.

Mogell inter ignes non amburi.

Frud.

Rab. Sa lom.

Caro Benedictei fructuosa non iurei.

5 Sciremur abditā, an fiat huius trophaei signa. Rubum vidit Moyses flagrantem, sed minime lesum ab igne; quippe Dominus erat in corde rubi; & ignis cor minime ledit, si Deum concipit. Rubus carnis conditionem fragillissimam designat: ignis voracem Veneris flammam: & cum Deus resideret in throno cordis, futilis ignis: equidem conservatur illaesa virginicas vel inter Veneris flammam. Virginitas designatur hoc miraculo, ut placet Hieronymo Serm. de Assumpt. Virgin. Gregor. Nyssen. Orat. de Christi. Natio. & denique Bernard. Serm. de Disod. stell. quippe summum miraculum, quod decor splenderet virginici candoris, inter Veneris incendia cum fragillitate carnis.

Alapide hic placuit, ignem huiusmodi non inhaesisse rubo, sed dumtaxat adhaesisse. Pauci in corde hominis flammis Veneris amplius miraculum, quam cum Moyses vidit rubum incombustum: igitur flamma in rubo lucebat foras, & Veneris acumen praecordia usque deferebat flammam. Habeatur utique magni, inter flammam non comburi. Hic Deus adest: etenim cor, ni illo arderet, arderet: & quod occasio congelescit in splendorem, redigeretur ad cinerem. Canit ubi supr. Prudentius v. 975.

Spiritus pugnanti variis lux, atque tenebrae, Distanteque animat duplex substantia vires; Donec praesidio Christus Deus adsit, & omnes

Virtutum gemmas componat, sede piata.

6 Videbat Moyses, quod rubus arderet, & non combureretur. Haud mirabile, si arderet ignem concipiens; sed novum, quod non ureretur ardens: igitur flamma concepta, quasi non esset flamma; cum haberet in fragillitate, quo foveretur fulgor, & expelleretur ardor. Hoc sane symbolo designatur in carne fragilliter conservata virginitas. Verum quare? Flammis ignis vepres conerit in rosas: ait Rab. Salomon in lib. Veillesenab. Causa claret portenti D. Franciscei, dum in rosarium mutantur vepres dumeti, quod iam lectulus floridus, quo requievit Irequeius Benedictus: siquidem si vepres rubi corporis transformantur in florem, conservatam agnovimus pretiosam virginitatem. Franciscus in rubo protulit, quod Benedictus in carnis fragillitate feliciter perulit. Terra rebellis rubi carnis germinat vepres, non flores: & floruit propalam Benedicti virginitas, dum Franciscus pro spinis respexit rosas.

7 Hinc novitate percussus Moyses, sese

impulit dicens: Vadam, & videbo visionem hanc magnam. Ideo magna, quia necdum vita. Rubus corporis fecerat spinis, terra carnis: & magnum itaque, quod ubi semper vepres, rebellioris signa, appaerent flores in terra nostra. Virginitas hos est, fulgens sicut liliam inter spinas, vel adamas inter flammam. Hic spectatissimus hos igne luxuriae languet: ut vincit ignem, si floret: florere flammam estuante, difficile est: & Moyses in admirationem ducitur; ex eo quod corpus uti fragile arderet, verum non combureretur. Vadam ait, & videbo. Iam videbat. Quid visurus? An falleretur oculus: quippe tot ignibus lignum ita fragile servari, videbatur, & tamen videbatur impossibilis. Vadam & videbo visionem hanc magnam, praeter naturam. Rubum ardentem, & non combustum: Rubum non rubum? Vepres flores, & in corpore fragili, vel quasi careret corpore? Igne floret caro? magna visio! etenim magnum, videre rosetum floridum, dum oculi spectabant spinarum dumetum.

8 Rosam, placuit Basilio Homil. 5. in Hexaem. ante originale peccatum caruisse spinis, postea verb additis fuisse aculeos pulchritudini floris; ut quod ex voluptate carnis oblectamentum percipimus, punctionibus cordis in poenitentiam, luamus. Quia primus homo in crimen consentit, rosas in spinas permuravit. Quia peccavit Adamus, rose in vepres: & modò vepres in flores; quippe Benedictus non peccavit. Sine oblectamento carnis non sunt spinae: & pro sentibus in rubo corporis Benedicti apparent rosae; quia vel inter globos ignis, illibatus respicendunt flos puritatis.

Gratiam indicat rosa sine stimulis, ait Pier. Valerian. ubi supr. & in conspectu Benedicti cum stimulis Veneris, puritas excludit ut rosa; quia in anima illibate federat gratia. Rubus corpus fragile in bonam olivam insertus, castitatis in acriore illecebra retulit fructum. Longe a rubo maxime ardentis flores: fructus tribulorum vepres. Hoc proprium telluris lapsae naturae: illud autem gratiae: & in corde Benedicti tanquam singulare miraculum, inveniuntur promptuarum eructantia ex hoc in illud: siquidem in rubo carnis corruptibilis, virginitatis supereminens flores. Rab. Ionathas: Germinantia ex hoc in illud, de specie in speciem. Alij: Suppeditantia de genere ad genus. Nunquid colligunt de spinis uvae, aut de tribulis ficus? Fructus sunt iuxta radicem: & in rubo carnis florem habuit Benedictus degentem, quia vicit carnem. Radix corrupta erat:

Verf. 3.

Insigne portenti

Basil.

Rosa pri de in sine spinis.

Per illa ita, signi ficata gratia.

Psal. 143. 13

Rab. Io nathas.

In Benedicte flos puritatis singularior.

Fraxinus inter flammam virens. Plin.

Telum florens.

Ovid.

Benedicte

Rosa pri de in sine spinis.

Virgil.

Myrtus sanguinis manant.

Virgil.

erat: & immutata est natura, dum rubus rosas protulit; quia flos nitidus de infecta radice ascendit. Ut infecta scatebat sentibus, quippe vidta. Si vitrix cuncta contraria: & rubus transit de specie in speciem, dum Benedictus superat carnem vitricem; etenim signam victoriam, conspicere in rubo flosculos: dum caro, terra corrupta, semper germinat vitribulos. Rem in natura mirabilem narrat Plinius: Aqua Scantia ignem vomit: ceterum viret ( inquit lib. 2. cap. 107. ) aeternò hunc fontem igneum conregens fraxinus. Mirabilior Benedicti contentio, dum volutur in rubo: igitur non tantum corpus facium inter ignes Veneris viret, sed in signum victoriam pro tribulis flores profert. Telum Veneris afruit Benedicti victoriam, ubi ignicum & aridam floruit in palmam. Stupuit Venus.

Subito vidit fronsescere baslam, Quae radice nova, non ferro stabat adacta, Et iam non telum. Exerit hoc Benedictus in titulum, quia excusit a telo indeclinabile ferrum.

9 Aliud etiam in signum victoriam de Venere, perliit Benedicti clarus insigne. Vicit itaque (ait Gregorius Magnus lib. 2. Dialog. cap. 2.) peccatum, quia mutavit incendium: ex quo videlicet tempore ita in eo est tentatio voluptatis edomita, ut tale aliquid in se minime sentiret. Suffragatur Bonaventura lib. 2. de Praefect. Religiosor. cap. 61. Haud secundo in arenam descendit, qui cum Hercule semel manum confert. Semel vincitur, si accedit semel. Myrtus sacra Veneri. Quare Virgilius Eclog. 7. v. 62.

Formosa myrtus Veneri, sua laurea Phoebos. Idem Pier. Valerianus lib. 50. cap. 25. & Ioannes Passeratus in Catul. de Naptijs Julia & Manl. v. 22. Aeneas ergo cum avellere conaretur ad sacra, ex myrtis vidit virgulta sanguine tincta; quas postea sacravit virginitati, & agrestiam Nimpharum venerationi. Describit Virgilius lib. 3. Aeneid. v. 23.

Virgulta & densis basilibus horrida myrtus. Nam qua prima solo ruptis radicibus arbor Vellit hic atro liquuntur sanguine gutta. Ater & alterius sequitur de cortice sanguis. Multa movens animo Nymphas veneratur agrestes.

Haud difficilis Mythologia. Myrtus Veneri sacra, igitur in nobilissimis gerimus, unde certamina toleramus: sed nequit feruari flos puritatis in myrtos corpore hominis, ni manet è toto corpore sanguis. Per myrtum Veneris signatur flamma. Flocci est. Benedic-

teus Angelus stabat inter myrteta. Illa iaculis urgebat, sed Benedictus stabat. Quid iracunda Venus, si occurrat Angelus? Quievit. Sed inquires, & iurè: quomodo in Benedicto quievit, dum quandiù vita mortalis, semper igniculus vivit? Quo pacto non arsit ignis, si adhuc in venis impuritate fomes? Dicam, ni fallar. Ignis aditus à domestico appetitu contendit in Benedictum, quantum potuit; sed non pravaluit: & recessit, quia defecerunt vires, cum superaretur vel aditus à domesticis. Accessit Venus comite Tartaro spe victoriam, & iterum non accessit, quia victoriam nec spes.

10 Intende. Voluptas Veneris vocatur apicula. Iccirò luculenter Boëtius de Consolat. Philosoph. lib. 3. Metr. 7. iuciniit:

Habet omnis hoc voluptas Stimulus agit fruentes, Apiumque par volantum, Ubi gratia mella fudit, Fugit: & nimis tenaci Ferit icca corda morsu.

Vide huic proposito, si lubet, etiam, consona, apud Claudium Minoem in Emblem. 112. Alciat. Apicula pungit, verum haud quantum valet, ni aculeum figendo, relinquat in vulnere, iam delinatur morti: igitur interitus signum, in vulnerato deponere telum. Arbitror ideo dictum: Ero mors tua à mors: siquidem Christus creditibus aperuit regna caelorum, quoniam morte devicit mortis aculeum. Infigere aculeum, in apicula mors est. Ecce causa trophaei Benedicti Patris, dum acula sensit Veneris; ut ultra non sentiret, qui ita molestissimam sensit: etenim in corpore Benedicti Veneris derelictus est aculeus, & mortua etiam apicula Venus.

11 Vacuus passionibus plauditur à Papa Zacharia N. Benedictus, ut vidimus Tautolog. 3. Didasc. 3. n. 2. Non est homo? est. In hoc triumphis magnitudo: quippe passionibus vacuus, quasi non esset homo. Caelum caeli Domino, terram autem dedit filijs hominum: dicit Regius Psaltes. Mirificum nã, quod videatur infra, in terra deorsum, quod mitamur & iurè, in celestibus fursum. Quid hoc caelum caeli? Aliqui huiusmodi caelum autem stellis, quae exornant lucide firmamentum. Alij verò caelum Emphyrium. Utrumque acuminis faver, dum caro vulnerata Benedicti sine acumine, vacua passionibus floret. Vivide Benedicti trophaeum representat caelum caeli, seu Emphyrium: igitur dum alij caeli rotant volubilitate: caelum caeli semper & ubique in quiete.

Cur post tentationem superatam nullam Veneris Benedicti sui sensit illecebram?

Apicula symbolum iuciniit.

Boeti.

Benedicte: Huius Veneris fregit audaciam.

Osc. 13. 14. Christus morte sua mortem vicit.

Zachii Pap. Benedicti sui passionibus vacatur. Psal. 113. 14.

Semper in quiete.

Stel.

12. *Stellas fixas credimus, etsi firmamenti sit velocissimus motus. Ideo cœlum cœli dicitur de stellis, quarum proprietas lucet in Benedicto, victa tentatione carnis: sicutem dum firmamentum in pernici gyro, semper astra sine motu. Aliqui fixere animata & vagabunda, sicut pisces in aqua, ita ut esset cœlum firmum, ex quo firmamentum cœlum, cœterum cursus Astrorum. Non est huiusmodi stellarum cursus nec in cœlo, neque in aëtris inferioris mundi; dum splendet in terra cœlum cœli: etenim virginitate corporis mundum cor, sicut stella, non habet motum à se. Hoc stellarum insigne: in Benedicto magis mirabile. Quia alia mota, à Priscis signabantur vivencia. Maior est de Venere Benedicti victoria: igitur quia vivens, in Venere est impulsus: sed victa vel in vivente, Veneris non erat motus.*

Stellas fixas credimus.

Rom. 7. 2.

Benedicti est vita celestis.

Non habuit in carne carnis passiones.

13. *Audi Apostolum. Cum essemus in carne, passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris. In membris operantur carnis passiones, quædam homines fuerint viventes; quippe hæc lex peccati, ut appetitus conentur vivere sine lege: & iungit existentiam in carne, & passiones carnis; quia sine passionibus carnis in carne vivere, non est hominis. Passiones carnis sunt carnis inordinati motus; quia motus adversatur legi rationis, omni tempore, quo vivit pugna mortalitas carnis: motus indicium passionum sunt, adversus quos insurgit rationis lex: & sanè mirabile in carne corpore humano, quod passiones adessent, sed sine motu. Passiones carnis Paulus sentit, quia est in carne. Motus fugiunt Benedictum calcata Venere. Quid hoc Paulus? Quid Benedictus? Ille sentit aliam in membris legem, legi rationis pugnantem: hic indutus novum hominem, haud habet in carne, nisi rationis legem. Effectus probavit virtutem, habente in conditione carnis præstantiorem conditionem: & patuit miraculum, quod nisi in statu iustitiae originalis non visum: igitur si in carne remanent ipse originariae labis; mirum itaque, quod Benedictus esset in carne, & non haberet passiones.*

14. *Deinde, Qui in carne est, lege peccati sentit ipse, quod in carne sit; quippe vehitur, trahitur, impellitur in desideria carnis, passionibus corporis. Si Benedictus extra carnem esset, quiescerent peccatoris sentes, quoniam non entis non sunt passiones: in illa erat, & in illa non erat. In illa, quia fugessit, & ingressit blandula Venus flammam libidinis, in illa non erat, quoniam*

*separavit flammam flammam Veneris. Ex huiusmodi victoria orta Benedicti excellentia, & Veneris fuga: igitur pro trophæo privilegium claruit insigne, ut in illa esset, quasi non esset in carne. Non est in carne, quicunque carnis non est: & in Benedicto non solum insigne, quod in conditione carnis viveret sine carnis conditione; sed quod quæ extra carnem nullis passionibus viveret, cum esset in carne. Caro dicitur mortua, à qua sensus deficient; viva, cui adsunt: & iacet Benedictus in vita mortuus, quippe ad Veneris ludicra non habuit sensus.*

Imò extra carnem erat in carne.

1. Cor. 14. 10.

Est in sensu sine sensu.

S. Benedictus.

Eius vita Angelica.

2. Cor. 4. 11.

Est caro mortua.

In-

Martial

Mortuus simul deo nediti caro & Venus.

Ibid.

Vita Iesu in vita Benedicti ostensa.

Eius caro quasi non terrena.

Sed caro.

*Invenit tamen est finis discriminis aequi: Pugnavere pares, succubere pares. Suo sepulti sunt in clypeo triumpho: quippe Cum duo pugnant, victor uterque. Aliter pro triumpho Benedicti in Amphitheatro corporis, certamen Veneris & carnis. Cum duo pugnant, victus uterque, sed victor singulari virtute Benedictus: igitur in illo ex hac contentione victa caro, & victa Venus. Venus, quia posthac Benedicto sine facibus, caro verò est vivens, quia sine sensibus.*

17. *Ni fallor, latet in auctoritate acumen. Vivit, & in mortem traditur, ut vita Iesu in carne eius mortali manifestetur. Qualis vita Iesu in carne mortali, ut manifesta fiat in corpore Benedicti? Caro Christi erat in similitudinem carnis peccati, sed non caro peccati, quia fomes extinctus, ita ut in passionibus inordinati appetitus, quasi non haberet sensus: & huiusmodi celestis singularique vita manifestatur in Benedicto, Veneris parta victoria; quippe si fomes in Christo extinctus, in Benedicto ligatus; si quidem in carnis desideria, ac Venere, quasi non haberet carnem. Christus corpus habebat in similitudinem carnis peccati, Benedictus habebat carnem peccati, ratione conditionis lapsæ, pronam in peccatum carnis. Sese vicit, & Venere superavit: post verò nec motum sensit. O singulare privilegium! O naturæ miraculum! Magnum profectò, quod in commendationem victoriae Benedicti, vita Iesu manifestaretur in carne nostra mortali.*

18. *Imitatur Benedictus hominem secundum, dum parentem habuit & transgressorem primum. Primus homo de terra servens: secundus homo de cælo celestis. Carnem habuit uterque, sed non eiusmodi; licet secundus homo carnem haberet à primo, cuius semper uti terrea, in carnis desideria & prona & curva. Caro in Christo erat, & ex carne; sed quia extra carnem in carne dicitur corpus celeste. Corpus vivens habet sensus carnis: & caro huiusmodi corporis non terrena dicitur, sed caro celestis; quoniam licet sensus haberet, uti ex carne feminæ propagata, in sensibus carnis erat omnino perfecta.*

19. *Creclit claritas Benedicti, igitur in terris positus, in celestibus habitat; ut vitam Angelicam in terris feliciter ducat. Vita Angelica? Utique. In carne vivit: Quasi non eliet in carne, cum vacuum passionibus prælatet corpus celeste. De terra tertium non est, nec de carne carneum; quippe in sensibus carnis, carnem habebat, non scia-*

Tom. II. Taut.

*sum. Quando vita rationalis terra sine spinis? Sine spinis, planè terra celestis.*

*Appareat arida: dicit Conditor, cum aquis esset opplata terra. Aliquid magnum latet sub aquis: exclamat Rupert. hic. Magnum in profundo? Magnum profectò. Sepalta erat aquis terra; cum illam aquarum congeries undique imbutam vallaret: & iure magnum, quod apparet terra: sed prævaluit potestatis excellentia, ut quæ apparebat, apparet arida. In nostrum propositum exponit Augustinus de Genes. contr. Manich. lib. 1. cap. ult. Separata labe, & siccibus tentationum carnalium, tamquam aridam habeat mentem à perturbationibus maris. Fluctibus irruentis Veneris sepelitur Benedictus, mergitur, submergitur: sed apparet in mari tentationum esto sepultus. Obruit aqua, quæ intravit usque ad animam: tantæ molis erat. Verum cor Benedicti non obruitur. Pectus validam in fluctus habuit. Magnum nax, quod apparetur. Magnum, sed omnino suspendum in crebris fluctibus Veneris, mentem aridam habere à perturbatione maris. Mirabiles elationes maris, mirabilior in altis Dominis: etenim Benedicto concessit, ut inter fluctus procellosos non fluctuaret. Apparuit, quia vicit: & in signum victoriae carnalium fluctuum, apparuit terra arida, separata à labe & siccibus tentationum carnalium. Fundavit terram super aquas, quippe carnem constituit ipsa fragilitas: sed separavit aquas ob insignem victoriam, ne converterentur operire terram.*

*Ne mollia sentibus Lilia, purpurei neu per violaria campi Carduus, & spinis surgat paliurus acutis. Canit Sedulius lib. 1. Carm. v. 276. Ecce Benedicti de virginitate labor, & ex victoria decor. Si nihil infestis valens vidisset, esset planè Felix, sed sine laude foret.*

**DIDASCALIA V.**  
*Virtute decet, non sanguine nisi.*

**C** *Anit Claudianus lib. 2. de Laud. Siliticon. Vera, æquè ac plausibilis sententia, cum precat vigens nobilitas, cuius laus est in origine sola. Vera de meritis ad temporalem famam, sed nimis audeat ad æternam gloriam: ad quam non decet nisi propria virtute, sed Christi sanguine: igitur sine huiusmodi sanguine non est virtus, licet sine radice non est fructus.*

Gen. 1. 9. Rupert.

Magnè quod caro non fluctat inter Veneris fluctus.

Caro labe tentationum apparuit arida.

Ovidi

Clau

Virtus nostra est Christi sanguis.

Aut etus.

Etis. Succinuit Ovvenn. lib. 2. Epigram. 8. *Antiquum est Virtute decet non sanguine niti. Non meritis iam sanguine nitar ego. Non inquam virtute decet, sed sanguine niti: Non virtute mea, sanguine Christo tuo.*

Ovven.

Omnia possumus in eo, & nihil sine illo possumus facere: virtuteque decet, atque sanguine niti.

De splendore loquitur Vates originis, & de splendore virtutis: inter utriusque insignia, virtutis longè lateque decora: siquidem virtutis propria, sanguinis aliena: & quæ aliena non sunt propria. *Hæc oportuit pati Christam, & ita intrare in gloriam suam:* dicit Servator discipulorum, resurrectionem expectantium comes, ut gloria per crucem elict illustris. Sufficiebat dicere in gloriam: & dicit suam: quoniam ni sua, haud haberetur ut gloria. Gloria est sublimis, si acquiritur pretio sanguinis. Eius erat gloria, ut filius Patris Aeterni, & hæreditatis iare, habebat per naturam: hæcque haud signat propriam gloriam; quippe ut homines invitaret virtutibus gloriæ, exprimit quam habebat ab opere, & nequaquam ab origine. Ita oportet intare. Erit gloria, si fuerit ita: siquidem quam habebat iure, acquisivi sanguine. Observa, quid Alister dicat discipulis: *In hoc clarificatus est pater meus, ut fructum plurimum afferatis.* Sic verum ad quid fructus? dicit: *Hæc locutus sum vobis ut gaudium vestrum impleatur.* Hæc est nobilitas nobilitatis, quippe quæ non tantum à gloria genitoris. Nobilitas comprobatur fructu, & possidetur gaudios: cæterum non est gaudium, quandiu non habuerit fructum: imò non habebit fructum nec gaudium, si non vestrum. Nobilitas est gloriosa cum est vera: erit ex fructu gaudium, & gaudium plenum: igitur nonquam plena, dum in hære nobilitatis non hæret insignia nobilitatis opera. Stemmata quid faciunt, si sunt virtutis signata? Quid prodest longo sanguine censerì, & vitijs creuantari?

Gloria aliena, non nostra. Luc. 24. 26.

Quæ pretio sanguinis magna.

Ioann. 15. 8.

V. 11.

Quoniam plena.

Iuvenal.

Honor sine bonore in indigno.

*Ergo ut mivemur te, non tua, primum ali-quid da.*

Quod possint titulus incidere præter honores, Quos illis damus, & dedimus, quibus omnia debet.

Ait meritò Iuvenalis Satyr. 8. v. 68. Quales nam honores sine meritis? Non honores. Quid tituli tantum? Ungitur lapis etiam in titulum, sed remanet lapis, sicut homines titulus. Cuncta illis debent, & nihil illis debetur, cum gloria aliorum in propriam commendationem demonstratur: siquidem vel in honoribus summum dedecus, dum

honores mirantur, & non illos. *Sicut stellas cæli, semen Abrahæ Dominus pronunciat multiplicandum.* Quid splendor stellarum propagationi hominum? Nobile licet extem- calcar, ut hominibus gloriæ cupidus addatur calcar, ad optandam veram nobilitatem, per virtutem. Originem habent homines à sanguine: & ut sine iure nobiles, æquantur stellis cæli, quarum non ab origine splendor, sed origo à splendore.

Gen. 12. 17.

Non ab origine splendor, sed origo à splendore.

Gen. 2. 7.

Ibid.

Sine operibus non potest esse nobilitas.

Scæcc.

2. Hominem intendit facere Conditor præstantem nobilitate; & *Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ.* Ecce materia nobilitatis, pulvis. Haud aliam originem querat pectus gloriolæ cupidum, ab uno hoc omne genus humanum. Eigo ut fergat è pulvere, minime nitatur sanguine: etenim ni accedat virtutis præstantia, præstantia nobilitatis haudquaquam surgit à terra. Formavit igitur Deus hominem, qui eius spiraculo, *Factus est in animam viventem;* ut constaret, quòd hominis nobilitas ab anima, non à terra. Nobile ne à pulchritudine corpus? Si sic, ita nobilis truncus. Corpus sine anima habet sanguinem, verum in operationibus nullam virtutem: & virtute decet, non sanguine niti, fludentem verè ingenæ nobilitati: siquidem cum ab anima deriveret vitalitas; sine operibus, sanguini corporis non potest esse nobilitas. *Animam facti nobiliter* (inquit Senec. Epist. 44.) *cui ex quacunque conditione supra fortunam licet surgere. Intuendum est, non unde veniant, sed quòd eant.* Ratio patet. Nobile est singulare inter commune. Quomòdò nobilitas, ubi nulla operum singularitas? Nec habet, quod cæteris commune, procul opere. Quid prodest unde veniat, si inde non movetur ultra? Erit sanguinis nobilitas, sed planè mortua.

3. Fecit Deus hominem, & ut operaretur, *factus est in animam viventem.* Præsidem cunctorum constituit, super terrenam terrenum erexit: cæterum cum cuncta diceret bona, recedit elogium ab humana creatura. Homo non bonus? Bonitatem probabit eventus. Si Deus fecit, & quæ fecit bona cuncta (quorum nobilitas à Conditor rerum) nobilitas subtrictur Præsidis universorum: Utique: cætera haud habebant, neque habere quibant aliam nobilitatem, præter originem. Ab hac hanterant cum existentia splendorem: hominis est alia bonitas, alia nobilitas, quæ à virtute, & non ab origine: unde ut adbecant sanguinem, & sequantur stemma virtutis, subleat medianter origo nobilitatis: quippequam hominis origo ab operum splendore, & nequaquam

Vera nobilitas operum claritas

quàm splendor ab origine. Ideo postquam homo formatus, dicitur: & *factus est homo.* Originem habebat corpus hominis, sed sine operatione, quousque infusa anima rationalis. Accessit nobilitas, dum accessit operositas: igitur cui adest tantum nobilitatis origo, non est homo. Non est homo, quia homo dumtaxat à sanguine, & non à virtutis splendore.

Homo bono à virtute, non ab origine.

Eccli. 45. 17.

Si non à virtute, nec à sanguine.

Nobilitas vera, quam adferunt opera.

Et nobilitant.

Sidonius Apoll.

Baptista nobilis genere, nobilitate munere.

*tabula manus Domini erat & florebat:* inquit Idiota Sermon. de S. Ioann. Baptista. Retorquamus meritò in dignum, quòd aliò indignè direxit Tibullus lib. 4. in Panegyri. Messal. v. 28.

Idioti

*Nam quamquam antiquæ gentis superant tibi laudes, Non tua maiorum contenta est gloria fama, Nec queris quid quaque index sub imagine dicat,*

Tibull.

*Sed generis præcos contendis vincere honores, Quàm tibi maiores, maius decus ipse futurus.*

*At tua non titulus capiet sub nomine facta. Quis potius certamen erit. Sim victor in illis, Ut nostrum tantis inscribam nomen in actis:*

Luc. 7. 15.

Ita igitur Ioannes commendatur à natura. Videamus quantum à gratia. *Erit enim magnus coram Domino* (dicit Angelus Patri Zachariæ) *& Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ.* Occurrit origo vera nobilitatis, quæ minime à nobilitate originis. Magnus est homo apud homines, qui nascitur à magnis: apud Deum, qui nascitur magna: cum reddat unicuique secundum opera propria: & Ioannes non tantum dicitur magnus coram sæculo, sed etiam coram Domino; quia nobilitatem generis splendor superavit acquirit virtutis. Magnus non est, qui magnus æstimatur avorum, ac parentum magnitudine: cum magnitudo generis non sit à genere: sed qui est magnus magnitudine propria, & actorum excellentia. Hæc est vera generis magnitudo: & Baptista magnus dicitur coram Domino; quia à se habebat splendorem magnitudinis, & non à genere patris. Commendare intendit Angelus nobilitatem Baptistæ quæ nequaquam lumitur à patris nobilitate: igitur per fortunæ pignus, nemo magnus: & dumtaxat splendida generis qualitas, non est hominis nobilitas.

Generis dumtaxat qualitas non est nobilitas.

7. Patet ex contextu. *Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris.* Honor Præcursoris effulgarabit latè ante tempus nativitatis. Cæteri hominum cognoscuntur, postquam in lucem editi: Ioannes erit magnus ante lucem: siquidem erit coram Domino magnus, prorsquam agnoscat quorumnam parentum filius. Non ab utero genitricis, seu tempore nativitatis: sed adhuc ex utero erit magnus coram Domino: etenim cum nobilitas extollat hominem, accipientem ab operibus nobilitatem; Ioannes nobilitas designatur adhuc in matris utero, ut eius splendor non nasceretur ab ortu. Adhuc ex utero matris, quia per illum

Sed illa que non oritur ab ortu.

4. *Nemo natus est ut Ioseph, qui natus est homo.* Quis hominum homo non natus, ut dicatur, quòd Ioseph natus est homo? Omnes nascuntur homines, sed non sunt homines omnes, qui homines nascuntur: nascuntur homines, quia ab hominibus nascuntur: & non sunt, quia non sunt ad quod nascuntur homines. Considerant unde veniant, non quòd ire inde hominibus, ut sint homines, congruat. *Unde sanguis est. Quòd virtus:* & nemo ut Ioseph est natus quia à splendore sanguinis, transtulit à puero ad splendorem virtutis.

Clarius dicant. Nasci è nobilibus fortuna est, sed planè sub cuiuslibet manu, ne fit fortuna; cum fit singularis virtus (à qua sanguis nobilis) & ex quacunque conditione possit homo supra fortunam surgere. Homo fit, dum nascitur; & nascitur dum fit homo. Fit homo, si operationes virtutis non degenerant à splendore sanguinis: & Iosephum plaudunt hominem natum ob momenta acquistatum virtutum; quippequam licet ignobilis esset, per opera sanguis haberet honorem: & meruit illustrius gestis, quam sanguine accepit nobilitatem.

5. Uterius. Homo nascitur, dum homo cognoscitur: in ortu cognoscitur origo; & qui tantum cognoscitur homo origine, non est homo. Fit homo, dum cognoscitur filius nobilitate parentis: nascitur homo, dum per opera filij patet nobilitas patris: & nemo natus est ut Ioseph in illo sæculo; quippequam natus est homo: siquidem sanguinis patris nobilitas summa, virtute Iosephi est summè nobilitata. Canit Solius Sidonius Apollin. in Epitaph. Patris v. 17. *Hoc primum est decus, hæc superba virtus, Spe præcedere, quos honore iungas: Quique hic sunt titulus parentes, Hos illic meritis supervenire.*

6. Baptista nota nobilitas, sed amplior propria, quam sanguinis generositas. Si elaboravit virtus, nobilitas splendore sanguinis genus. Nobilitatur parentibus: amplius moribus. Insignitur præclaro sanguine, & magis cœlesti munere: ut per parentes ita in clytos descenderet ad Baptistæ miraculum cogitatio, in quo quasi in elaborata apprimè

Tom. II. Tautol.

Aaa 2 lum

lum illustrata nobilissima principia formationis.

8 Fecit Deus duo luminaria magna unum ut præset diei; aliud, ut nocti præset. Constituit igitur fulgentem fabricam, ut lu- cerent super terram. De terra erant, & super terram coruscabant. En summus splendor: non materia superavit formam, cum lu- cerent super terram. Hoc mirum sanè: quòd de terra essent, & lu- cerent super. Ita designatur Solis Lunæque materia à Sinaita lib. 4. in Hæmer. dicente: Cum Solem & Lunam sicut Adam, & Evam super terram esset fabricatus; postea in altum suble- vatos posuit in firmamento. Terra materia horum luminarium: & collocantur super terram, ut illustrent formationis princi- pium. Lutum nullum habet splendorem. Sol & Luna copiosissimam lucem: & in altum super cælos collocantur; ut terra à qua esse haberunt, illuminetur: igitur ex ignobili principio, lucent superiori throno, indice nobilitate, qua nequaquam ab origine: si- quidem ita magna, ut minimè lu- cerent per principia, quæ formata; sed splendorem dederint principijs, à quibus orta. Non super cælos in quibus erant, coruscabant, sed super terram, à qua originem ducebant; ut insignis esset luminarium nobilitas, cum à seipsis tantum oriretur claritas: etenim origo illorum suo fulgebat splendore, & illa nullum habebat splendorem ab origine.

9 Nobilitas profectò niter splendor hominis; ut inter lutum commune sit, qui præ- fiat, singularis. Alij prudentes vel non ha- bent lampades, vel si habent acquirunt oleum operibus, sumptis splendoris lampadibus. Alij fatui, acceptis generis splendidi lampadibus, secum oleum operum non ferunt. Clarent splendor originis, & origo splendoris. Modò perpende. Lux in materiam terræ mixta est, & claruerunt ex terra Luna & Sol. Lux lampadam inclusa est in la- genis militum Gedeonis, & cum ruina lagna- rum sulserunt lampades. Caperunt buccinis clangere, & complodere inter se lagna- nis. Nullo modo est in nobilitate nobilitas.

Nobilitas, sola est, atque unica virtus. Iuxta Iuvenal. ubi supr. v. 20. Ex eodem luto sunt omnes homines. Splendor est nobilitatis: sed alij destruant principia, alij illu- strant ignobilia exordia: igitur complodunt lutum, à quo & in quo sumpservunt generis splendorem; cum alij generi lateo aggre- gent nobilitatem.

Plures non habent generis thesaurum, & in vasis fictilibus studiose virtutibus con- gerunt: plures thesaurum nobilitatis habent

in vasis fictilibus, vitijs facientibus angu- stias, lucis largitate includentibus flammam: li- mus ubique est: sed vitijs vergit in destruc- tionem generis, & virtutibus surgit in apicem splendoris: igitur qui Sol in virtute, il- lustrat formationis ignobile lutum; qui verò lampas sine oleo devenit nobilissimum principium. Sine fomite præclarè actorum lampades nobilitatis extinguuntur. Pater fili- jsi nobilitatis lampada tradit, ut fomite vitæ actis agendis coruscet. Haud egregie responderet, qui lucem accipit, ut accipiat, & lutum nobile destruat; sed qui accipit lutum, ut portet virtute in cælum: siquidem dedecet accipere genus splendidum patris, & non lucere tanquam splendorem generis.

10 Si cognovissetis me, & patrem meum utique cognovissetis: dixit Aferior N. Iesus moerentibus propter eius absentiam summè, discipulis. Tunc ergo Philippus: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Sufficiebat sanè, in divina incnarrabili generatione, ubi nec genitor genito prior, nec genitus est genitore posterior ubi eadem maiestas, eadem claritas, eadem Usque eadem substantia proprietate distincti, sed natura non discreti. In generatione huma- na profectò non ita, quia ab origine sæpe devia natura: & ad honoris complementum, ex nobilitate patris parvum indicium: igitur parum habet honoris, qui totus cognoscitur per auctoritatem patris. Nemo est, qui licet agnoscat generis claritatem, veneretur, si tantum claritas generis: & ita non sufficit, ostendi patrem; ut habeat ha- bens generis splendorem. Ideo dixit: Si cognovissetis me, & patrem meum utique cognovissetis: siquidem clarior est, quòd geni- tor insignis cognoscatur per prolem, quam quòd proles solummodo cognoscatur per patrem.

11 Altruxit Dominus, Philippo re- spondens. Tanto tempore vobiscum sum, & non cognovistis me: Ex filij cognitione, clara sit cognitio Patris cælestis, quem honorifi- cavit Christus adhuc in substantia carnis.

Per Patrem cognosceretur filius genere: per opera, quam dignè accepit genus à patre: & dum exposcitur offensio Patris, sese filius ostendit ut obiectum cognitionis; quoniam aptius cognoscitur nobilitas per ori- ginis splendorem, quam per originem. Pa- ter cælestis est pater luminum, qui habitat lucem inaccessibilem: venit filius factus ho- mo, ut mundus qui non cognovit, cognosce- ret Patrem: & sese filius ostendit, dum offen- sionem Patris discipulatus percipit; ut constet vera & insignior nobilitas, dum in

Genus virtutis est splendoris generis.

Ioanni. 4. 8.

Parum honoris cognoscitur per bonorum san- guinis.

Verf. 9.

Per Patrem filius cognoscitur genere: per opera, quam dignè accepit genus à patre.

filio lucet originis claritas: igitur maius est, ut per filium Pater cognoscatur pater lumen, quam quòd filius sit genitus in splendoribus sanctorum.

12 Nobilitas est veluti fides. Sine ope- ribus mortua est. Statua Hermetis, sed sine manibus trunca. Non enim omnes, qui ex Israël, ij sunt Israëlita: neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filij; sed in Isaïa vocabi- tur tibi semen: id est, non qui filij carnis, hi filij Dei, sed qui filij sunt promissionis affi- mantur in semine. Quid caro nobilis, si spi- ritus nequam? Caro autem non prodest quicquam. Palebrinus est nobilem virtute fieri, quam nasci.

Iuven. Quis enim generosum dixerit hunc, qui Indignus genere, & præclaro nomine tantum Insignis? Quid manus vacua?

Idem. Trunco simillimus Herma Nullo quippe alto vincis discrimine, quam quòd

Sarib. Illi marmoreum caput est: tua vivit imago. Canit Satyrus ubi supr. vers. 54. Clarus sanguis elationem parit, potentiam affectat, conculeat inferiores, pares contemnit, superi- ores habere designatur, loquitur grandia, totus tumet alto magnoque sanguine: ait Ioannes Sarisberienfis lib. 8. de Nugis Curial. Rigide loquitur: verum levis censura pro huius sæculi nobilium insolentia: siqui- dem arbiter (utinam falleret!) potius athæos, quam Christianos. Dum rogant, indignè projecti; dum rogantur, superbissi- mi. Licentiam vitiorum, vivere sine lege, studere vanitati, fatagere de domus splen- dore, iniuria cogitare, omnes opprimere, im- modeliam sequi, flagitia profequi, in crimi- nibus singularitatem vel habere, vel fingere, insidias instruere, severitatem pro maiestate conficere (novi quendam ita insanum, ut maxime exultaret, dum cum illo loquens verbis offenderet. Nihil potius valebat ad gratiam, quam labijs cæspitare loquam: dedecusque auctoritatis rebatur maximum, loquentis eloquium rectum: ita in vanita- tem pronum, ut in nullam tenderet actio- nem moralis virtutis, nisi à consiliarijs im- bueretur, vel ad minus fucio tingeretur vani- tatis, ac celore ostentationis. Quam longè ab huiusmodi arrogantia vel Echnici modestia! Hæret lateri tuo (dicit Plinius Traiano in Panegyrr.) quisquis accessit: si- nemque sermonis suus cuique pudor, non tua superbia, id est magnitudo auctorita- tis facit.) Fas, quod voluntatis ius, ius quod appetitus lex; iudicant altruere no-

Mores in bilium.

Phantasia cuius ad Principi.

Elia.

bilitatem, & conservare splendorem. Turpia cordoni, Volsos, Brutumque decebant? Minime illis alia cogitatio, aut conversatio, nisi de genere singulorum, ac de gratia mer- tricium.

13 Hoc fulcrum nobilitatis. Hoc insi- gne splendi generis. Potius dicam gregem tanaticorum, ludicre atque serio debac- chantium. Quotus quisque est, quem avi sui non poniteat? dicit iure Barcaius in Eu- phorm. lib. 3. Latec aliquid in prosapia fasti- dij, tota licet atria veteres exornent undique cereæ. Non maiores olim ex regibus: non re- ges ex maioribus. Unde ergo tantus status? Caro ex Adamo, anima cuiusque à Deo. Si nobilitas quid est inter commune singularæ, utrumque commune. A virtute igitur acci- pienda est differentia, ut in communibus sit nobilitatis forma. Anima & corpus nequeunt generosum reddere quemquam: in se virtus claudit veram nobilitatis causam. Servi à regibus, reges orti sunt à servis: ait Plato in Alcibiad. 1. igitur Reges ex regibus nas- ci, donec origo revocetur ad Iovem: vel ipse ridet ibid. Quid quòd Nabal ex genere Ca- leb? Quid lob ex genere Elan? Hic nobi- lis inter omnes orientales: ille vilis, russi- cus inter omnes gentes. Ille convertit gene- ris ignominiam in gloriam: hic generi opti- mo inculit ignominiam.

14 Huiusmodi vicissitudo, generis ascensio & descensio in statua, quæ occurrit Nabuchi phantasia, habet hieroglyphicum insigne. Huius statue caput ex auro optimo erat: pedibus autem & brachijs de argenti porro venter & femora ex are: tibia autem ferrea, pedum quædam pars erat ferrea, qua- dam autem fictilis. Ecce splendor humanæ propaginis. In etioria traduce descendit: in pretiosiora etioria scandit. In volens fiat quòd genus descendat, vel ascendat. Quod ascendat de limo in pretiositatem auri; vel quòd descendat ex auro in dedecus luti. Caput optimum erat, quasi principium generis ex auro, sed nulla pars responde- bat principio. Ecce fatuitas hominum: glo- riosi scilicet in luto vitorum, quòd genus habeat ex metallo nobiliore principium, cum non sit genus, vel regalibus insignibus illustris; cuius fordes non sint in pedibus eius.

15 Cur autem ex luto in aurum, ex au- ro in lutum fiat transmutatio, haud aliam habet causam, vel originem, præter ope- rositatem, vel actionum omissionem. Ob- serva: omnibus membris corporis humani statua constat: verum manibus carebat; per manus operatio designatur: per caput sta- tua

Iuven.

Barcl. Nemo est quem avi sui non poniteat

Plat.

1. Reg. 21. 3. Gen. 36 32.

Dan. 2 32.

Nobilitas de inae- ta in sta- tua Nabu- cbi.

Ostentat te in de- teriori cogit nobi- litatis splendore

Genef. 3. 17.

Anast. Sinait.

Splendor originis est origo splendoris.

Oleo operum lucent lampades nobilitatis.

Ind. 7. 89.

Iuven. 21.

tuz origo generis exprimitur: si otiosa in genere manet, quid mirum, quod in deterioribus rueret nobilissimum genus? Taxantur Praefides & Concionatores, qui vivunt sine exemplo. Si manus sine opere, vel in summo orio: quid audientibus aurea proderit cogitatio?

Iuven.

Omne animi vitium tantò conspectius in se Crimen habet, quanto maior, qui peccat, habetur.

Exemplum in Praefide, & Concionatore necessarium. Cant. 5. 21, 14.

Canit qui supra v. 140. Caput destinatur intellectiois regimini: manus verò intellectuum rerum operationi: & dum omittitur operatio, intellectus tantummodo sine pretio. Manus respondere debent capiti: operatio intellectio: & non tantum manus, sed aurea manus capiti aureo, sicut respondebant in Sponso. Sublimitas operæ sublimitati intelligentiæ: siquidem nullius prætij aurea verba, si defunt opera.

Abidem

Opera de vorant genus.

16 Igitur principali proposito. Caput nobilissimum habebat statua. Non ita nobilia pectora, brachia, &c. Perpende: *Pellus autem & brachia de argento.* Brachia habebat, sed manus non habebat. Ecce causa degeneris metalli membrorum ac capitis, atque ignobilitatis nobilissimi generis. Per brachia potentia ad operandum describitur: per manus carentiam, omisio operationis ostenditur: & omnino lamentabile in humano luteo vel aureo genere, quod descendat otiositate genitæ aurea origine ad lutum; dum possunt, uti progenitores fecerunt, de luto ascendere ad aurum. *Solemus dicere* (infit Senec. de Brev. vit. cap. 15.) *non fuisse in nostra potestate, quos sustinemur parentes. Sorte nobis datos. Nobis verò ad nostram arbitrium nasci libet. Nobilissimorum ingeniorum familia sunt: elige in quam ad se velis: non in nomen tantum adoptaveris, sed in ipsa bona.*

Senec.

Monachi imitari Patriarcha

17 Aliud maxime Monachis præstat in emblemate documentum, ut imitentur caput aureum, à quo originem ducunt. Gloriamur, quia parentes Patriarchas habemus: ceterum eorum virtutibus & tribulationibus non gloriamur. Quid quod caput aureum, & corpus fictile? Quid quod pretiosum, & corpus abominabile? Quid quod caput solidum, & corpus aureum specie, totum vacuum? Quid quod caput fulgeat tot dotibus, tot virtutum insignibus, & brachia fulgere sollicitent sine manibus? Licet præster speciosa, patet statua manca. *Disce virtutem, verumque laborem.*

Virgil.

Sis memor & te repetentem exempla tuorum, Et pater Aneas & avunculus excitet Hector.

Miserum est oculos habere, & cæcutire. Aures, & surdescere. Manus, & ovari. Pedes, nec gressum dirigere: linguam demum nec verbum loqui. Quid in huiusmodi degeneri figura? Mera statua. Faciamus statua auream, sequentes magistram regulam: ut constet secularibus in vita proicidis.

Qua simus originæ nati. Hac obiter, quia latè Didasc. seq.

DIDASCALIA VI.

Ad virtutem venit per ipsam.

1 **A** It Seneca Epist. 89. Virtus sepe vocatur quæ non virtus, sed virtutis species; ut fallant, vel potius fallantur corda apparentiæ coloris. Causam ostendit ipse Epist. 44. *Si quid est, quod beatam vitam potest facere, id bonum est suo iure: deprovari enim in malum non potest. Quid est ergo in quo erratur? Cum omnes beatam vitam optent, quod instrumentum eius pro ipsa habent, & illam dum petunt, fugiunt. Per insidiosum iter vite non solum ferant sarcinæ, sed trahunt. Multis importuna videntur in perfectionem, & sunt sarcinæ: quas ferentes non ferunt, nec trahunt; imò trahentes ab illis trahuntur. Ambulantes ponderes ostendunt usquequaque, sarcinis valentioribus pede: & cum procedentes succumbant, iter non ambulant, quoniam à meta deviant. Frigida curarum fomenta relinquere posses, Quò te sapientia celestis duceret, ires. Hoc opus, hoc studium, parvi properemus, & ampli, Si patria volumus, si nobis vivere cari. Non locus desertus, saccus pro veste, legumina pro cibo, neque icinia, neque chameæ simpliciter Monachum absolvunt. Ita Cyprian. de Duplic. Martyr. cap. 14. Hæc perfectionis instrumenta, sed non perfectio: quoniam frigida curarum fomenta concipiuntur in animo, queis infeliciter fugiunt, dum perfectionem exterioribus petunt.*

Senec.

Idem.

Idem.

Horat.

Horat.

Cypr.

2 Hæcine perfectionis impedimenta vel petentibus in perfectionem. Iter perfectionibus perfectionem arbitrantur, & semper sunt in itinere, verum non ambulantes, sed sedentes. Unde tanti interest, quod sit in itinere, quam si essent longè: igitur cognoscant viam, verum non ambulanti.

Ego

17. **E**go Dominus Deus tuus docens te utilia, gubernans te in via, & qua ambulas. Semper venimus utilia consilia Dei, ut in perfectionem proficiscatur cunctatim sine utilitate proponatur cum minime animi sedes proficiscantur, habentes viam; sed neutquam ambulantes per eam. Non prodest esse in Religione, & Religiosum non esse. Elic in Religione est instrumentum virtutis: Religiosum esse, est ipsa virtus cordis & voluntatis: & nunquam Monachi nanciscuntur perfectionem, quoniam non veniunt ad virtutem per virtutem; sese plaudentes inani gloria, eò quod habeant perfectionis instrumenta: & cum iactantia atque apparentia instrumentorum, cultu exteriorum spectent, queis læcet virtutis corpus; nunquam ponunt in via gressus faos.

Non prodest esse in Religione, & Religiosum non esse.

Ovid.

3 Monachi Angeli nuncupabantur ab Antiquis, ut vidimus hic Tautolog. 5. num. 25. Quare Novarinus in *Umbra Virgin.* Excurs. 113. num. 1046. inquit: *Qui terre herent, & terræ cogitant, licet Monachorum habitum habeant, verò Monachi non sunt, & Angelorum nomen non merentur. Qui est de terra de terra est, & de terra loquitur.* Indicare modus, quo qui de terra est, de terra non sit: igitur cum lingua loquatur, que ab amore in pectore concipiuntur; est de terra, qui terram cogitat, & super terram terreus qui non cogitat terram. Quid si habitus Monachi, & moribus contra Monachi habitu? *Habitu humiles, & moribus pestiferi. Habitu religiosi, & moribus exitiosi. Habitu amici, & moribus inimici. Habitu gratiosi, & moribus odiosi. Habitu exercitatores seduli, moribus athleta ignavi. Habitu sobrij, moribus prædones. Habitu pudici, moribus adulteri. Habitu modesti, moribus vagabundi. Habitu mites, moribus arrogantes. Habitu consolabiles, moribus destructores. Habitu constanterij, moribus obretractores. Habitu simplices, moribus duplices: Habitu defensores, & moribus proditores. Hucusque Ephraim Tom. 1. libell. advers. vitiosè viventes. Et ferè eadem August. libell. de Specul. peccator. cap. 8. Brevis periodo N. Patriarcha Regul. Sanct. cap. 1. expressit: *Adhibe operibus servantes saculo fidem, mentiri Deo pertransaram noscuntur.* De terra sunt & de terra loquentur, cum flatus conditione debeant esse super terram, fugientes quam instrumentis sequuntur perfectionem; quoniam adhuc pravus operibus, læculo servant sub habitu fidem.*

Novar.

Ioan. 3.

31.

Pravi Monachorum inveni.

Ephraim

August.

S. Benedict.

Nocua si dei saculo sub habitu religio.

ascenderunt spine & suffocaverunt illud, & fructum non dedit. Non ita imprudens Seminatore casti consilij, ut inter spinas spargeret semen verbi. Cur igitur in spinas cecidit perhiberet semen, dum semen fugit sensicolum tellurem? Patet ex Luca: *Simul exorta spina, ait: si sua ul exorta. cum seminatum est verbum, non erant spinæ. Quo ergo pacto, si spina non erant, semen cecidit inter spinas? Spina non erant, sed erant spinarum radices. Erant spinæ latentes; & semen cecidit inter spinas, quippe ibi erant, estò læcet pravitæ.*

Marc. 4. 7.

Luc. 8. 7.

Radix vitiorum secundæ.

Symbolum arbitror perversee Monachorum conversionis, dum semen seledum vallatur spinis. Spina sunt, curæ secularium, voluptarietas appetituum, ambitio dignitatum, relaxatio cordium, æmulationes, detractiones, proditioes, insidie, decipulae, philantia, & cætera lolla. Latent sub habitu religioso, & nõ destruntur, quia latent. Latent sub Monachi specie, & usque ad tempus non apparent, quæ latebant spinæ. Conversatio ostendit, quos peccatus fovit: & in conversatione non morum marato, sed perverio; quoniam sub habitu Monalchi Religiosis specie, ut magis prævaleret, servabantur spinæ. Alliccit corda preciosa virtus, quam nitidè demonstrat intuentibus habitus: sed facies meditante deauratur, ut dolus sine cautione operetur: igitur partà iam cogitatà occasione, apparent statim quæ latebant spinæ. O Bone Deus! Hic est decor flatus? Hic habitus religiosus? Nihil igitur turpius, quam sub lava virtutum abscondi spinas vitiorum. Haud vivere religiosè volunt, sed arte in genium, ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Spinis patentibus, nullus illis honor à secularibus & speciem pulchram quærent, ut sine suspitione germinet spina cupiditatum.

In illis sepe perverio, & non convertio.

5 Spina ibi erant: super huiusmodi spinas semen cecidit, verum minime prævaluit: igitur licet semen sit bonum, inter spinas cordis non fert fructum. Simul exorta spina cum femine. Ecce animi hypocritæ, & damonis fallaciæ: quasi speciositate fructus virentis, foverentur sentes cordis, & allicerentur humana corda perfectionis apparentia. In hæc tendunt, quin agnoscant præcipitum: cum nequeant oriri in fructum semina præclæræ virtutis, spinis ibidem affectionum seminatis: igitur humorem quem participare debent virtutes, sugunt luxuriantes vepes. Perpende. Spina aculeos habent, queis proximos ulcerant, sed non suffocant. Cur ergo dicitur, quod

Obi spina prævitali, ibi nec semen vitæ tuti.

quod suffocaverunt semen proiectum, non quod vulnerunt ortum? Quia non ortum semen. Vulneratur, laceratur, quod existit: & semen suffocatur antequam nascatur; quippe ubi spinæ vitiorum in terra cordis ibi nec semen vitivis.

Præcaver in suis Monachis Legislator omnium Benedictus: Neque dissimulet Abbas (ait ubi supr. cap. 2.) peccata delinquentium: sed mox ut caperint oriri, radicitus ea, ut prævalent, amputet. Non contemptaris Legislatoris acumen: Ut caperint oriri, ut prævalent. Apic. Prævalent & prævalebit, si semel oriantur. Parum dixi. Prævalent etiam in semine. Altruit contextus. Alia cecidit in spinas; & ascendunt spinæ, & suffocaverunt illud, & fructum non dedit. Semen non ascendit, & spinæ ascendunt? Utique, sunt spinæ: & vitia ascendunt, quamprimùm oriantur. Si prævalent sepultæ, quid exortæ? Illæ ascendunt, virtus suffocatur. Ascendent virtuosus, modo suffocarentur iniqui. Verùm quomodo virtutes virebunt, si ante exortum suffocantur? Perperam virtus florebit in exemplum, & imitationis excellentiam; cum vitiosi nec respirare sinant, nec capere auram.

6 Radicitus, merito insit: igitur nulla virtutes, dum vitiorum sunt radices. Officium adificatoris, aut reparatoris committitur Ieremias, & ut creditis respondeat; tenor præcepti est, ut evellat, & destruat. Non sufficit ad destructionem destruere? Non sufficit. Minime destruitur, quod destruitur, nisi evellatur: quippe semper prævalebunt spinæ in excellentiam perfectionis, nisi summo conamine evellantur radices. Latet anguis sub herba, & sub cultu splendenti vomitur toxica. Ergo amputentur radicitus, ut in virtutem, oppositis suffocantam, tendat dulciter pectus: siquidem semo sequetur, qui virtutes prelas viderit, & nemo non sequetur, qui crimina ita plausa circumspexerit.

Alia & peioris conditionis latet causa, cur ita prævaleant vitia. Semen bonum seminatur in agro cordis: unde ergo sentes? Non sunt simul spinæ seminariæ: quomodo ergo simul exorta spinæ? Huiusmodi vitium oritur in terra humana, à malicia in habitantium in ea: igitur propter radicatum cordibus iniquitatem, faciunt terram fructiferam in falsuginem. Proh dolor! In eodem prato, quo apis mellas, virus conficit aranea. Semen bonum est, uti verbi Dei selectissimum granum. Insunt exem-

pla virtutum, charismata gratiarum, fortitudo agricolæ Prædis, & continuz irrigationis. Hic non seminatur spinæ: verùm simul, cum non essent, sunt exortæ; quia telluris cordis pravitas, selectum triticæ granum tranmutavit in spinas. Quanta erit agricolæ amaritudo huiusmodi laboratio: Infelix tempus, infelicis transformatio: quandoquidem terra elaborata tot sumptibus reddidit spinas pro laboribus.

7 Querimonia, quam expressit Dominus de populo Hebræo, invenitur palam de Monacho: igitur ut sit vitis abundans plantata in domo Domini, segregatur à saculo, removetur à mundo, divinx cultodiæ munitione vallatur, ab incurribus spiritualium beliarum defenditur: ibique Dominus torcular expectatissimum sedulo format, ut vitæ rationalis fructus interius pro tempore defluat. Quid est (ait) quod debui ultra facere vineæ meæ, & non feci ei? An quod expectavi, ut faceret uvas, & fecit labruscas. Labrusca est uva sylvestris. Hinc Virgil. Bucol. Eclog. 5. v. 6.

Aspicit ut antrum Sylostris raris sparsit labrusca vacenit.

Alij uvas apparentes, specie pulchras intelligunt, sed tactui evanidas, ut pomæ iuxta Lacum Aspalidem: quare Deuter. 32. 32. dicitur: De vinea Sodomorum, vinea eorum, & de subrubanis Gomorra: uva eorum uva fellis, & botri amarissimi. Quapropter Hebr. pro Labruscas legit: Uvas factentes. Aquil. Pessimas & putres. Symmach. Imperfectas. Plinius verò huiusmodi sylvestrem vitem lib. 16. cap. 17. vocat Insanam: quod in his alia maturescunt, alia turgescunt, & alia fiorent.

8 Hæc est metaphora sub qua pater, quam digne queritur Dominus de Monachis, ab instituto alienis. In maiori celsitudine ex projectione sæculi collocantur, ut proficiant. Custodiuntur ut adolescant. Defenduntur, ut floreat; & denique foventur, ut fructus afferant. Ex his plantavit Dominus vineam electam, ut produceret sapidiorem uvam; ex qua vinum virgines germinans: & invenit pro uvis ferentes labruscas; quoniam vinea lactura dulcedinem, versa est in amaritudinem. Seculares ut arbores autumnales, infructuosæ, bis emortuæ, & eradicatæ, fructum non faciunt. Religiosi, sicut lignum fecus decurvis aquarum, fructum referre debent ita copiosum; ut Domino virtus feraci solo retribuatur, quicquid sæculum defraudat. Venit Dominus in hortum suum, ut videat, an vineæ floreat; & labruscæ hinc & inde luxuriant.

S. Bened.

Vitæ in ter vitia languet, vel coarcescit.

Ierem.

Vitia amputentur radicitus

Luc. ubi supr.

Fructus malitiæ convertuntur in verum.

Labruscas haud plantavit: & dolor vinearum intus papugis; ex eo quod fructum non ferrent, & magis quod fructum in labruscas commutarent.

9 Monasteria sunt paradisi deliciarum, quo dulcoratur animi amaritudo ex peccatis mundanorum. Hic vites optime, quippe nulla excusatio, si sint optimæ, igitur terra ferax & pinguis, & cælum plenum saluiferi roris. Laborat agricolæ, ut fructus ex iure capessat; sed queritur infelix, dum fructus congregat: igitur pro dulcedine vitis, invenitur in vitibus uva fellis. Non colliguntur de spinis uvæ, sicut nec ex vitibus spinæ. Desperatur illarum fructus: quia arbor mala non potest perferre bonos: sed omnino lamentabile, quod vites ita degenerent à radice; ut uvæ pessimæ & putres, quæ repelluntur à mando, nutriantur in Monasterio.

10 In Scriptura invenitur singularis phrasis, suspendens pallogiæ iudicium cogitationis. Terram olivarum, & olei. Si oleum ex olivis, cur additur oleum, quod olivarum cognominis fructum? Ut ostendatur discrimin Monachorum; & sæcularium, & etiam sæcularium Monachorum, Terra sæculi, neque est olivarum, neque est olei. Monasterium est olei, & olivarum: & additur oleum suppositis olivis, in probum studentium propositis vanis: quia vivunt in Monasterio, sicut vivunt sæculares in mundo. Sæculares & Monachi: igitur olivæ, sed sine oleo: quandoquidem sine fructu. Tolluntur uti Isaac de domo parentum in holocaustum; sed ibi non offeruntur. Ibi sunt, & ibi non sunt. Ibi corpore, & alibi mente. Ibi inter instrumenta perfectionis, sed sine perfectione virtutis. Sunt ibi, quia olivæ in loco sancto: non sunt ibi, quippe olivæ sine oleo: & qui ibi sine fructu est, est in loco, non est ibi. Plauduntur greges Sponsi, quoniam licet innumeræ oves, non erat sterilis in eis. Imò inter eas. Tribuitur probro, quod in selecti regis græge aliquis sit sine fructu. Oves sunt animæ paucis uberrimis virtutibus plenæ. Inter eas aliquando contingit inveniri sæculares, virtutibus steriles: & ita debet florere ex exemplum in animabus Monachorum fecunditas; ut neque sterilis sit sterilis inter eas: & conversario quasi ignis ita corda audientium adurat, ut in se inflammata convertat. Ut quisque Monacho iungitur, quasi è falsis tactu æternæ vitæ sapore conditur. Verùm huius Sal infatuatum est, & steriles animæ sunt, ubi non sunt steriles: siquidem flo-

rent olivæ sine olei virtutum fecunditates: 11 Lachrymatur Bernardus Homil. 4. Saper Missus est num. 10. Video (inquit), quod non sine dolore videri debet, post aggressam Christi militiam, rursus secularibus implicari negotijs, rursus cupiditatibus terrenis immergi. Ita ne mundum sibi, & se mundo crucifixerunt, ut qui antea vix in suo vico, vel oppido cogniti fuerant, modo circummeantes provincias, & curias frequentantes, regum notitias, principumque familiaritates assecuti sint? Pudet dicere. Quid ergo diceret, si affectiones, factiones, dispositiones, pravisiones, dolos atque fallacias inter Ecclesiasticos videret? Neque aliunde hæc omnia mala contingunt, nisi quod illam, qua sæculum deserimus, deserentes humilitatem; dum per hoc cognitur inepta denud sectari studia secularium, canes efficiuntur revertentes ad vomitum. Vide alia apud eundem ibid. Ecce sterilitatis causa, & virtutum inopia.

12 Dolor meus super dolorem: profert Ieremias. Non solum dolor, sed dolor summus, ut in querelam erumpat amarum pectus: & iure. Non est uva in vitibus (ait) non sunt ficus in ficulna. Nulla querimonie causa, qua etiam tunditur Monachorum negligentia. Non est uva in ficulnis: verùm summus est dolor, quod uva non sit in vitibus. Non sunt in tribulis ficus, quia præter spinas nil profert carduus: exterum pravitas magna, ubi desunt in ficulna. Dolor est, arbores rationales esse telluris inutile pondus: sed dolor super dolorem, atque horum fructiferarum evanescere fructus. Magna diligentia pro fructibus adhibita, sed omnino diligentia vana: igitur si læticia fecunditatis allevat acerbiteriam laboris; super summum dolorem adhuc est dolor, quod non obtineatur ex labore nisi labor.

13 In vinea patet. Expectavit agricola, quod faceret uvas, & fecit labruscas. Labrusca colitur folijs, extendit palmices, ornatus eius amoenus, & spectabilis cultus. Cultus foliorum est habitus Monachorum, uvæ liquores virtutum: hæc est doloris agricolæ gravitas, cum pro pingui atque utili fructu videt labruscas: quasi iussiceret habitus splendor monachalis, cum nullus sit fructus vitis. Uva hæc dicitur de vinea Sodomorum. Uvarum Sodomæ nitet pulchra species, ad tactum dumtaxat pulvis. Vide Adricom. Theatr. Ter. Sancti. in Iuda. num. 28. Non fecis accidit Monachis cælestium oblationis. Invitat decur vestis in virtutis amorem, & pulchritudo evanescit in cinerem.

Sua pravitare de generant.

Ita. 5. 4

Virgil.

Quid iam brusca?

Plin.

Fructus Monachorum degneret & Religione, Domi no quom amari!

4. Reg. 28. 22.

Qui Monachi sæculari?

Genes. 22. 2.

Quare?

Cant. 4. 1. & 6.

Borum debet esse conversatio coarcescit.

Sed in deteriora ruit.

Berard.

Relaxationis causa.

Ieremias 8. 18.

Verba 13.

Magnus dolor, quid ex labore sit labor.

Ubi sita pr.

Deuter. 32. 32.

Nil va-  
lent ex-  
teriora  
ad perfe-  
ctionem.

Eorum  
tantum  
studium,  
audium  
amentium

Anselm

Spiritus  
lunatici  
quid

Matth.  
4.24.

Senec.

Imperfe-  
cta in Mo-  
nachis,  
quasi non  
opera.

Gloria omnis debet esse ab intus, sed quia exterior tantum flatus. Ideo labrusca vitis infans signatur à Plinio: quippe amentium est gloriari de exterioribus, & superfedere fructibus: profici summo conamine in exteriora, & abdicere caelestia: reverti in saculum, & reversionem arbitrari fructum: tempus & operam perdere, & lucrum perditionem iudicare. Horum negotiorum labor patet agricola dolor, cum possint esse potentes, & inter tot divitias exultant inopis. Marcescunt, ubi alij florent: enervantur, ubi alij vident, quin agnoscant viam perditionis, quam peperam arbitratur salutis: igitur his vitijs cogitare de gloria, patet summa Monachorum infania. Astruit Anselmus Carm. de Mund. contempt.

Non vos illiciat brevis haec, ac falsa voluptas.  
Non vos decipiant haec peritura bona.  
Cur quaso cupiat quicquam qui cuncta reliquit?

Ad mala cur redeat, qui bona proposuit?  
Terram contentas, qui celum queris habere:  
Si mansura voles, haec fugitiva fuge.

14 Ad instar vineae plantatur ordo Monasticus, ut fructus afferat, cum venerit tempus. Ideo Deus expectavit, ut vinea faceret uvas, ne fructus destrueret exactionis celeritas. Labruscas invenit: id est, uvas imperfectas, putres, feroces, ubi aliae maturescunt, aliae turgescunt, & aliae florent. Haec est infania, qua laborant Monachi, qui adinstar lunaticorum (quos uti demoniacos sanavit Dominus) modo crescunt, modo decreverunt. Iam perfecti, iam pigri, iam urgentes, iam florentes, vel simul omnia, ut amplius clarescat amentia, & quod spiritui ducantur; cum ducantur: igitur ad tempus omnia volunt agere sine tempore, & ad tempus nihil agere. Ideo simul illo in articulo curavit archiater caelestis & lunaticos & paralyticos; quippequam huiusmodi spiritus lunatici, vel diabolici, modo conantur ascendere in perfectionis fastigium, modo ut paralytici, nec movere gressum. Quam apte Seneca de Brevit. vit. cap. 15. Illorum brevissima, ac felicissima aetas est, qui praeteritorum obliviscuntur, praesentia negligunt de futuro timent. Cum ad extrema venerint, sero intelligunt miseri, tandem se, dum nihil agunt occupatos fuisse.

15 Aliter ergo cogitarem de labruscis, ut contemplerentur Monachi, quantum interest studium perfectionis. Haec scopus debet esse animi, quippe non Monachi, ni fuerint perfecti: & quia uvae agricola clea vinea invenit imperfectas, vocat labru-

scas; quoniam in huiusmodi vinea uvae amarissimi saporis, ni fiat perfecta dulcedinis. Quasi parturivimus, & peperimus: dicit Evangelicus Vates. Quid novum? Norum ne parturire conceptum? Conceptimus (dixit) & quasi parturivimus & peperimus spiritum. Multi parturunt & non pariunt; quoviam factum spiritus non pariunt perfectione, qua possunt.

Semper enim sanctis superest, quo crescere possint.

Et perfectorum gloria principium est. Virtutem virtus pariat, de lumine lumen.

Prodeat, atque omnis palma gradum faciat. Nam cur non cupiat mens quasar, quae Deus offert.

Cui danda ut recte posceret, ipse dedit? Canit Prosper Aquit. Epigram. 27. Ideo cavendum ne forent, quae uvae corda laetificent; & quia imperfectae operationes, reputantur pro labruscis.

16 Virgati semper damnosa quies. Hinc qui destinantur altari, in terris debent esse sicut stellae caeli, quae sunt in continuo motu: siquidem ut virtutis emineat magnitudo, fulgere oportet, sicut stellae lucent in firmamento. Monachi debent imitari flammam: semper scilicet sursum, quousque perveniant in centrum. Ingeniosa fuit cogitatio Orozj in commendationem perfectionis virtutis, quae florere debet in Monachorum claustris. Pinxit lib. 2. Emblem. 26. puerulum ascendentem ad gloriam per scalam, cuius gradus dumtaxat parabantur in ascensum, non in descensum: igitur illic ut pedem removebat, ut descenderet, nequaquam videbat gradum. Unde necessa erat in scala, sic stare, vel ascendere, vel ruer. Subtile hieroglyphicum, ut qui stat videat, ne cadat, sed in superiori ascendat: igitur serius obtinebit beatitudinem, qui retraxerit à gradu prefixo pedem. In scala Iacob Angeli ascendebant, & descendebant. Aliquibus placuit, ut videri licet apud Alapide, Angelos descendisse, homines ascendisse; ni homines à terra remotos, iudices Angelos. Angeli descendunt in mundum, homines ascendunt in caelum. Illi descendunt, ut homines ascendere doceant. Hi surgentes mundum scandunt, ut ulteriora contingant; quoniam deficit gradus, & nullus datur regressus: quare cum gradum ascendentes, sint summæ felicitati proximiores; crebro per gradus scalarum ascendunt, ut cacumen perfectionis, & quamprimum consequantur.

17 Imperfecti monachi sunt adinstar margaritarum, quarum decorem usu atte-

ri,

Isai. 26.  
18.

Prosop.

Vel per-  
fecti  
semper  
aliquid  
regnat.

Gen. 12.

Orozj.

Emble-  
ma per-  
fectionis  
in perfe-  
ctione.

Gen. 28.  
12.

Quotidie  
Monachi  
proficiunt.

Plin.

Cur fini-  
les mar-  
garitii?

Hab. 3.  
22.

Exempl.

Piciuel.

Alapil.

Probrū  
vite,  
quod pro  
floribus  
fructus  
et pro  
fructibus  
vitis.

Jerem.  
2. 19.

Negligen-  
tia quae  
operantur.

ri, non dubium est, coloremque indiligentia mutari: ut ait Plinius lib. 9. cap. 35. Aceto liquantur, & dum diuturno tempore durant, in splemore nigrescunt. Fugiant huiusmodi infelicitati insignis, qui possunt esse margaritae pretiosae: igitur status dedecus, usu atteri, dum possunt perfici. Momenta æliminationis evanent, cum quibus obtinent: siquidem amaritudine imperfectae vitae mutatur color optimus, qui continuatione primæ flammæ potest esse perfectissimus. Quo magis vita crescit, candor debet crescere morum: & dedecet anistat margaritarum tendere tempore in devenulam nigredinem, cum tempore senectutis, par sit, vitæ purioris ostentare candorem.

18 De ficu enim dicitur: Ficus non florebit. In hoc singulari hieroglyphico designatur Monachi adæquata perfectio: uti vidimus latè Tautolog. 3. in Exposit. litter. num. 31. & Didasc. 6. num. 17. Adæquata, ut clareat Monachi vita: etenim ficus fert fructus suavitate, & dulcedine insignes, quam aliae arborum dumtaxat producant pro specimine flores. Unde appositè apud Piciuel. in Mund. Symbol. lib. 9. cap. 13. num. 160. de ficu epigraphæ dicit. Flores mei fructus. Hac ille: verum animi turpis ingrati, atque desidis, num. 163. designatur emblema. Quo pacto per ficus ita adversa sunt signata? Maturitate nigrescunt: ait Alapil. in Cant. 2. 13. Lucent cogitationi consona, quæ videbantur dissona: siquidem cum maturitas expectetur in fructus perfectionis; ficus tendunt in nigredinem. Optima spes concepta de perfectione, quando protulit fructus optimos virtutis qui quidem gratiores tempore, & perfectiores ætate: ceterum vigor languit in progressu, mirabiliter vitens in introitu: doletque animus, cum perfectiores tempore respondeant fructus; quod in inventure florent, & senectutis maturitate nigrescunt. Tempore amittitur, quod tempore paritur: verum iure uti indignum iudicatur, quod vere ficus proferat grossos, & in autumnum ætatis in ficulnea non sint ficus.

19 Clarescit modò nova causa doloris Ieremiz, ut cor pungeret super doleant molestia poenæ. Non sunt ficus in ficulnea. Quare non? Ficus erant, sed levi pruina deciderant. Ficus frigore rigescunt: & notatur incuria Monachorum, dum in matura ætate pro perfectione fructus, frigitur animus. Dum ficus maturitati sunt proximæ, illis magis novæ glacies; quippe restit grossus, & corrahit ficus. Ergo Mon-

19 Clarescit modò nova causa doloris Ieremiz, ut cor pungeret super doleant molestia poenæ. Non sunt ficus in ficulnea. Quare non? Ficus erant, sed levi pruina deciderant. Ficus frigore rigescunt: & notatur incuria Monachorum, dum in matura ætate pro perfectione fructus, frigitur animus. Dum ficus maturitati sunt proximæ, illis magis novæ glacies; quippe restit grossus, & corrahit ficus. Ergo Mon-

Tom. II. Taut.

chus de tepore caveat; dum videt quantum tepor spiritus perfectioni noceat: igitur status & operationum negligendâ, non sunt ficus in ficulnea.

Haud quia ferunt fructus letentur si in fructus maturitate, levi pruina decoquantur. Nulla senectutis signa labentis habeant: invidiam tempus, nec mala fata timeant. Haud expectat Dominus nos quotidie (ait S. Benedictus in Prolog. Regul. Sancti.) his suis sanctis monitis, factis nos respondere deberet quippe summa ingratitudo, profectum negligere, cum in profectum nil ultra potuit agricola facere. Expectavit fructus pro tempore: & turps quidem quod fructus evanidi respondant expectationi. Bonum ergo facientes, non deficiamus: quoniam non facimus, si deficiamus.

Sic mentes etiam nos sunt caelestia curæ. Perpetuum servant, & sine sine decus. Accinit Paulus Achembergus, suscitaturque documento Gregor. Nazianzeni in libr. 1. Sentent.

Operanda cuique semper est salus sua, Sed id requirit terminus vite magis.

20 Hinc de sæculo Monachi transplantantur super aquas mortificationis, & dulcedinis, ut quasi ligna rationalia ad humorem mittant profundissimè radices, & ferant fructus etiam cum venerit ætus. Ita designat David. Erit (ait) tamquam lignum plantatum fecus decursus aquarum. In aquis exhibetur exemplum satigentium perfectionum, ut nunquam desinant facere fructum. Aquæ semper tendunt in centrum: & Monachi debent esse sicut decursus aquarum; quoniam ut obtineatur perfectio, adinstar fluminis semper ditescit eundo. Nunquam respicit retrorsum: pariformiter ergo, qui quærit fructum: igitur nullum habebit vel in claustris, quisquis respexerit retrò. Quæ semel flumen transiit, semper transit: & per decursum aquæ Monachus designatur; quippe quæ retrò, oblitiscitur: & ni in perfectionem, ut iuris est, properet tamquam hibernalis glacies tabescet, & inter ipsa virtutis instrumenta, putrescet tamquam aqua supervacua. Ecce virtutis Monachi decor: alias sese.

20 Hinc de sæculo Monachi transplantantur super aquas mortificationis, & dulcedinis, ut quasi ligna rationalia ad humorem mittant profundissimè radices, & ferant fructus etiam cum venerit ætus. Ita designat David. Erit (ait) tamquam lignum plantatum fecus decursus aquarum. In aquis exhibetur exemplum satigentium perfectionum, ut nunquam desinant facere fructum. Aquæ semper tendunt in centrum: & Monachi debent esse sicut decursus aquarum; quoniam ut obtineatur perfectio, adinstar fluminis semper ditescit eundo. Nunquam respicit retrorsum: pariformiter ergo, qui quærit fructum: igitur nullum habebit vel in claustris, quisquis respexerit retrò. Quæ semel flumen transiit, semper transit: & per decursum aquæ Monachus designatur; quippe quæ retrò, oblitiscitur: & ni in perfectionem, ut iuris est, properet tamquam hibernalis glacies tabescet, & inter ipsa virtutis instrumenta, putrescet tamquam aqua supervacua. Ecce virtutis Monachi decor: alias sese.

Fallit forte beator.

\*\*\*  
\*\*\*  
\*\*\*  
\*\*\*

Bbb 2 DL

S. Bæ-  
ned.

Morus  
perfectio  
nis in fi-  
ne velon-  
tior.

Achéb.

G. ego  
Nazian.

Pl. 1. 3.

Semper  
propriet  
in cen-  
trum.

Fluvius  
symboli  
Monachi

Florat.



